

I. Epigramma Gerberti episcopi Ravennae, post pontificis Romanī, quod sic se habet inscriptum ad imaginem Boetii.

[Baron. Annal. eccles. tom. VII, Append. pag. 5.] [0287A]

Roma potens dum jura suo declarat in orbe,
Tu Pater et patriae lumen, Severine Boeti
Consulis officio rerum disponis habenas,
Infundis lumen studiis, et cedere nescis.
Graecorum ingeniis; sed mens divina coerce.
Imperium mundi; gladio bacchante Gothorum,
Libertas Romana perit: tu consul et exsul,
Insignes titulos praeclara morte relinquis.
Nunc decus imperii summas qui praegravat artes,
Tertius Otto sua dignum te judicat aula,
[0287B] Aeternumque tui statuit monumenta laboris,
Et bene promeritum meritis exornat honestis.

II. Epitaphium regis Francorum Lotharii.

[Apud Duchesn. Script. rer. Franc., tom. II, inter epist. Gerberti.]

Cujus ad obsequium coiere duces, bonus omnis
Quem coluit, sate Caesaribus, monumenta doloris
[0288A] Caesar Lothari praetendis luce secunda,
Terrifici Martis quod eras conspectus in astro.

III. Epitaphium ducis Friderici.

[Ibid.]

Francorum placito nomen tulit hic Friderici:

Quem proavi fudere duces a sanguine regum,

Officio meritisque parem sopor ultimus hausit.

Mercurii cum celsa domus tibi, Phoebe, pateret.

IV. Epitaphium Adalberti Scholastici.

[Ibid.]

Edite nobilibus studium rationis adeptae,

Dicit Adalbertum te Belgica flore juventae,

Stare diu non passa, tulit fortuna recursus,

[0288B] Bis senas Februi cum produxisset Apollo.

V. Epitaphium Ottonis imperatoris.

[Ibid.]

Cujus ad imperium tremuere duces, tulit hostis

Quem dominum populi suum noverere parentem,

Otto decus divum, Caesar charissime, nobis,

mmeritis rapuit te lux septena decembris.

SPURIA AUT ALIENA.

[0287]